

581.

*perforatum.*

582.

*humifusum.*

Copiosum prope Preerz.

Miror hoc pro monstruosa degeneratione *perforati* a nonnullis v) haberi. Praeter caulem prostratum, insigne illi est discrimen in calyce ferrato, glanduloso, qui integer in *perforato*.

583.

*montanum.*

584.

*hirsutum.*

Vtrumque prope Neumuhlen, Rasdorf.

586.

*pulchrum.*

In sylvis prope Rasdorf, & in aruis prope Bordisholm, Neumünster.

### Class. XIX.

## SYNGENESIA.

### *Polygamia aequalis.*

 587. *Tragopogon pratense.*

 588. *Scorzonera angustifolia.*

Rara & difficilis planta. Sed specimina Holsatica in ericetis prope Itzeho & Mülenbarwik lecta, cum Helueticis & Austriacis omnino conueniunt. *Scorzonera villosa* SCOP. *Carn. n. 952. Tab. 46* nostrae valde affinis est, vidi enim specimina tota vere villosa, bi & triflora, sed differt caule folioso.

*Tragopogon pinifolium hispanicum* BARREL. *Pl. Gall. Ic. 496*, quod LINNAEVS huc refert, certe diuersissimum est, quum caulis sit dense foliosus.

589.

---

v) *Vitmann Saggio dell Istoria erbaria, delle Alpi di Pistoja, Scopoli & Cranz l. c.*